Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



monium omnibus gentibus, Et tunc uenia consummatio:
Et iam marcus eodem ordine ita commemorat In omnes
gentes. Primum opostet praedicare euangelium non
dixit. Et tunc uenia consummatio. sed hoc significat.
Quod autem primum id est et in omnes gentes primum oportet
praedicare euangelium quia illi de fine interrogauerant. Cum ergo dicit primum opostet in omnes gentes
praedicare euangelium. significat utique primum ante
quam uenit consummatio, Item quod matheus ait.
Cum ergo uideritis abominationem desolationis quae dicta est
a daniele propheta stantem in loco sancto. qui legit intellegat
hoc. marc. tacit, Cum autem uideritis abominationem
desolationis stantem ubi non debet qui legit intellegat. In qua
mutatione uerbi exposuit eandem sententiam. Ideo quippe ubi
non debet quia in loco sancto non debet. Lucas autem non ait. Cum
uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto.
Aut ubi non debet sed ait. Cum autem uideritis circumdari
ab exercitu hierusalem: tunc scitote quia adpinquabit
desolatio eius Tunc erit ergo abominatio desolationis in
loco sancto, Quod autem ait matheus. tunc qui in iudea sunt
fugiant ad montes. et qui in tecto non descendat tollere
aliquid de domo sua, et qui in agro non reuertatur tollere
tunicam suam. Totidem paene uerbis et iam marcus com
memorat, Lucas autem tunc qui in iudaea sunt In quit
fugiant in montes. hoc sicut illi duo. caeterum uero aliter,
sequitur enim et dicit. Qui in medio eius disce dant. et qui
in regionibus non intrent in eam. quia dies ultionis hi sunt
ut impleantur omnia quae scriptta sunt. satis diuersum
uidetur quod illi dixerunt, et qui sup tectum non descen
dat tollere aliquid de domo. et quod iste dicit et qui in medio
eius disce dant nisi forte quia per turbatio magna erit.
Tam magno instante periculo illi quos inclusis et obsidio